



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatus De Conscientia, De Peccatis, De Legibus, De Fide, Spe,  
Et Charitate

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

§. 2. Infideles, pueri, ebrij, ignorantes, & amentes, qua ratione legibus  
teneantur?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76540](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76540)



condendo, & dispensatione non facta testamentum illud nullum est, ac proinde Principi ius non potest tribuere: & ita deciditur in supradicta *lex imperfecta*. & *§. ult. Instir. quibus modis testamenta infirmantur*, & tradit Glossa *ibi*. Suarez. *cap. 35. n. 25.* & *§. leg. Bonacina part. 6. num. 17. Salas disput. 14. section. 3. num. 31.* Et hæc de prima obligatione legis, quæ est obligatio ad culpam.

9 Quod si de secunda obligatione legis, quæ est ad poenam, loquamur, communis, & satis clara est decisio nullum legislatorem ligari posse poena à se statuta, quia nemo à se ipso cogi potest: neque etiam à lege imponere poenam, quia est superior ipsa lege, & præcipue, quia in nostra sententia poena imponitur ob transgressionem legis politæ à legislatore: ac legislator non est suæ legis transgressor, sed solum legis naturalis dictantis conformacionem ipsius cum reliquis membris. Ergo: & ita tenent alios referens Azor. *tom. 1. lib. 5. cap. 12. q. 1.* Sayrus in *clavi regia lib. 3. c. 3. num. 5.* Valent. *tom. 2. disp. 7. q. 5. p. 4.* Bonacina *disp. 1. quæst. 1. p. 6. num. 14.* Suarez. *lib. 3. cap. 35. n. 15.* Salas de *leg. disp. 14. sect. 2. n. 8.* Valq. *disp. 1. 67. cap. 1.* Lessius *lib. 2. de iust. c. 3. dub. 5.* & deciditur expresse in *1. Princeps. ibi. Princeps legibus solutus est.* & *§. ult. Instir. quibus modis testamenta infirmantur. ibi. licet legibus soluti simus, ac tamen legibus vivimus.* hoc est, etiam nos leges non astringant, attamen ob bonum exemplum legibus conformamur: & licet videantur hæc leges sub titulo limitato comprehendendi, quia de legatis caducis, & testamentis erat titulus: ac decisio generalis est, & decisioni est standum potius, quam rubricæ, vt bene explicuit Menoch. *lib. 6. præsumpt. 1.*

10 Aduerto vixorem legislatoris, etiam legibus à legislatore latis subdatur: ac beneficio legislatoris exempta præsumitur, ex *1. Princeps. ff. de legibus*: & ita tradit alios referens Sayrus in *clavi regia lib. 3. cap. 4.* Salas de *regib. disp. 14. sect. 3. num. 36.* Bonacina *disputat. 1. quæst. 1. punct. 6. num. 10.* Suarez *lib. 3. cap. 35. num. 28.*

## §. II.

Infideles, pueri, ebrii, ignorantes, & amentes, quæ ratione legibus teneantur.

- 1 Infideles nullis legibus Ecclesiasticis tenentur.
- 2 Ebrii, amentes, ignorantesque iniuincibiliter legem à lege excusantur.
- 3 Pueri ante rationis usum, qui regulariter est septennio completo, legibus Ecclesiasticis non tenentur.
- 4 Post usum rationis ante pubertatem Ecclesiasticis legibus non tenentur, qui doceant.
- 5 Certa sententia est obligari pueros habentes perfectum usum rationis.
- 6 In præcepto Eucharistia esse aliquid speciale, qui sentiant.
- 7 Quid sit dicendum.
- 8 Censuris ab homine laici non adstringuntur pueri ante pubertatem.
- 9 Imò neque videntur censuris à iure, excepta excommunicatione ob percussione clericum.
- 10 Qui non comprehenduntur sub præcepto, poterunt subministrare, & adiuuare in actione prohibita. Secus qui excusantur.
- 11 Licet infidelibus, pueris, amentibus cibos vitios subministrare: non tamen licet infidelos in monasteria monialium introducere.
- 12 Non licet ignorantibus esse diem ieiunii cibos vitios subministrare, & ad comedendum inducere.
- 13 Potes pueros ante septennium in monasteria monialium introducere, secus amentes.
- 14 Non licet tibi inuitare ad copulam amentes, ebrios, nec pueros rationis usu carentes.

1 **P**ramittamus, quæ in hac materia sunt omnino certa, vt gradum faciamus ad ea, quæ aliquam dubitationem habent. Primum certum est infideles nullis legibus Ecclesiasticis tenentur, quia sunt extra Ecclesiam, & in illos nullam Ecclesia habet iurisdictionem, *cap. gaudemus. de dinor.* ac tenentur legibus naturalibus, & diuinis, quia Deo, & rationi subduntur. Ex quo inferitur, an teneantur Eucharistiam sumere, & peccent mortales non solum in non suscipiendo Baptismo, sed etiam in non recipienda Eucharistia: vtraque opinio est probabilis. Quid autem sit probabilis, in tractatu de Eucharistia definiemus.

2 Secundum certum est ebrios, & amentes, sicut & ignorantes iniuincibiliter legem, tempore amentis, & ebrietatis, & ignorantie excusari à legis transgressionem, quia illius rei esse non poterant sine libertate, quæ omnino carent. At dicendi sunt legibus effici, sicut & afficiuntur dormientes, quia suapte natura legem intelligere possunt, & ad illos, vt ad subditos, per se dirigitur sic Sanchez *lib. 1. in Decal. cap. 12. n. 3.*

3 Tertium certum est pueros ante usum rationis, qui regu-

lariter habetur completo septennio, nullis legibus Ecclesiasticis tenentur, quia fundamentum harum obligationum, est ratio- nis usus. Quapropter possunt lacticiis, & carnis vesci, diu- nis interesse tempore interditi, montium claustra ingredi: sic Salas *disp. 14. de leg. sect. 13.* Sayrus *clavi regia. lib. 6. cap. 8. n. 21.* Azor. *tom. 1. lib. 7. cap. 40. q. 6.* Sanchez *lib. 1. in Decal. c. 11. n. 2.* Suar. *tom. 3. in 3. p. disp. 40. sect. 2. vers. Et iuxta hanc Bonac. disp. 1. de legib. q. 1. p. 6. n. 6.* & alij plures ab eisdem relati. Videntur tamen tenentur legibus naturalibus, quia harum obligatio cum ipsa natura ortum habet, quæ de se capax rationis est, excusantur tamen à transgressionem, & peccato, donec perfectum usum rationis obtineant: sicut de perpetuo amentibus dicendum est, si enim legibus tenentur, excusantur tamen ab illarum obligatione ob amentiam. Quando verò dubium est, an rationis usum habuerint, præsumendi sunt habere, si compleuerint septennium, secus antea, vt diximus in *tract. de conscientia*, loquentes de conscientia dubia, quia præsumptio defensionis est ex communi- ter contingentibus. Addeque Ioan. Sanchez in *ius select. disp. 57. num. 31. sine*, etiam constaret puerum ante septennium habere usum rationis, non obinde obligari legibus iuris positius, quia leges positivæ attendunt ad ea, quæ communiter contingunt. *Idem ad ea. ff. de legib.* & cum communiter non contingat usus rationis ante septennium, non debet ante illam ætatem, cui ex accidenti prouenit, obligari.

4 Post usum verò rationis ante pubertatem non defuerunt Doctores, qui affirmarent legibus Ecclesiasticis non tenentur: nam D. Anton. *2. part. tit. 9. c. 8. §. 2.* affirmat præcepto confessionis non tenentur pueros, vtque ad decimum, & dimidium annum, & aliquantulum ultra, & feminas, vtque ad nouum, & dimidium annum, & aliquantulum ultra. Sotus *4. dist. 12. q. 1. art. 11. ad fin. corp.* dicit vtque ad duodecimum non tenent pueros vllis Ecclesiæ præceptis, nec confessionibus. Eman. Saá *verb. confessio. n. 3.* consentit præceptum confessionis non obligare vtque ad pubertatem, addit verò in summis reformatis ad poenas non consentibus impostas. Henric. *lib. 8. de Euch. c. 42. n. 5. in it.* censet Ecclesiæ præceptis non obligari pueros, statim ac usum rationis habent, & *lib. 13. de excomm. cap. 49. num. 2.* in *comm. lib. N.* dicit dari his lacticiis, & carnes aliquo tempore post usum rationis, in diebus ieiunii. Quod autem hoc tempus sit, non determinat.

5 Vera tamen sententia, & omnino tenenda, est pueros, cum ad usum rationis perueniant, qui communiter intelligi- tur aduenire septennio completo, obligari legibus Ecclesiæ, quæ expresse tempus obligationis non determinat: sicut determinat in præcepto ieiunii, tenet expresse Th. Sanchez, plures referens *lib. 1. cap. 12. n. 6.* Bonac. *disp. 1. q. 1. p. 6. n. 8.* Salas de *leg. disp. 14. sect. 13.* specialiter de præcepto confessionis, & Missæ, docet Suar. *4. tom. in 3. p. disp. 40. sect. 2. num. 1.* Azor. *tom. 1. lib. 7. cap. 40. q. 1.* & c. 40. q. 6. & de abstinencia à carnibus, & lacticiis, docet idem Suar. Azor. & alij relati à Sanchez supra. Ratio efficax est, quia eo ipso, quod usum rationis quæ habet, capax est legis humanæ obligationis, siquidem quæ est obligatio legis naturalis, & diuinæ. Ergo si expresse non inuenitur exceptus lege, obligatur illa. Et de præcepto confessionis videtur res indubitata, cum in *omnia vtriusque sexus*, præcipitur omnibus fidelibus, cum ad annos discretionis perueniant, confiteri, cuius præcepti transgressores erunt pueri, si discretionem habentes confessionem omittant, consilij peccati mortalis. Neque alia via ab hoc præcepto, & aliis se excusare possunt, nisi affirmando discretionem perfectam ad illius obsequium, non habere, est enim res indubitata non æqualiter usum rationis omnimaterie aduenire, aliqua enim sunt clariora, alia difficiliora: vt bene dicit Valquez *1. 2. disp. 149. per totam*: & Zúnel *ibi q. 29. art. 5.* sicut non omnibus eodem tempore aduenit, pueris enim nobilibus, & inter urbanos: & politicis educatis, citius usus rationis prouenit, quam rusticis, & agrestibus: vt Reginaldus *tom. 2. lib. 29. num. 82.* Quocirca dicere quis poterit puerum septennio completo peccare posse iurando, amentiendo, non tamen comedendo carnes die Veneris, aut omittendo annum confessionem, quia discretionem sufficientem in his materiis non habet. At, vt diximus in *tract. de conscientia disp. 3. de conscientia dubia*, quoties dubium est puerum habere usum rationis, præsumendum est habere, & esse obligatum, si impletit septennium, quia regulariter illo completo in omni materia usus rationis habetur, & alleganti contrarium incumbit onus probandi, cum aduersus præsumptionem oram ex communiter contingentibus procedat.

6 Limitant tamen hæc sententiam communiter DD. in præcepto communionis, de quo affirmant non tenent statim, ac usum rationis habent, sed expectari posse, & debere vtque ad decimum, vel duodecimum annum, quia vtque ad illud tempus regulariter non videntur pueri habere discretionem, vt reuerenter Christi corpus sumant. Quapropter in *omnia vtriusque sexus*, vbi hoc præceptum imponitur, Confessoris iudicio remittitur temporis prorogatio: ac quilibet Confessor ex iudicio prudenter, & considerandine Ecclesiæ satis recepta hæc prorogationem facit. Ergo illa facta iam puer Ecclesiæ præcepto non tenetur.



7 Fateor hanc limitationem veram esse stante prorogatio-  
ne Confessoris: at si Confessor sic differendam communio-  
nem non consulti expresse, summo pete inclinor affirmare  
quemlibet puerum, cum ad annos discretionis venit, & obli-  
gatus est lege confessionis, obligatum etiam esse recipere  
Eucharistiam, neque expectandam esse ad hanc obligationem  
longius tempus: tenet hanc sententiam expresse Ioan. Sanch.  
in *sele. disp.* 2.6. n. 6. & adducit Anton. 2. p. tit. 9. cap. 8. p. 2. cir-  
ca marginem, & 3. p. tit. 14. cap. 12. §. 5. in *prin.* & Paludan. in  
4. dist. 12. quast. 1. n. 2. §. qui expresse id affirmat, & colligitur  
ex Tabien. in *sum. verb. communicare*, n. 3. Valent. q. tom. disp.  
6. quast. 8. p. 2. quatenus solum requirit, ut pueri sciant discre-  
tione hanc celestem cibum à ceteris: quod si vltim rationis  
habent ad confessionem, sufficienter id præstabit: alij etiam  
Doctores adduci in fauorem huius p' opinionis possent, qui  
nullam ætatem pueris determinant, sed solum dicunt obligan-  
dos esse suscipere Eucharistiam, cum Confessario visum fue-  
rit rationis vltim sufficienter habere: facit non leuiter Trident.  
sess. 13. can. 9. & Pius V. in *catechismo de Eucharistia*, num. 63.  
Ratio præcipua est, quia in *cap. omnis cuiusque sexus omni-  
bus* fidelibus equaliter imponitur, & præceptum confessionis,  
& communionis in P'schate: vt notat tibi glossa. Additur tamen  
communione differri posse ex consilio Confessoris, non quia  
obligatus non sit communicare, qui obligatus est confiteri, sed  
quia possunt esse pures causæ prorogandi t'empus communio-  
nis, cum tempus signatum communione determinatum sit,  
quod non est determinatum confessioni. Item puer discretio-  
nem habens, & obligatus præcepto confessionis, vel indige-  
ret prorogatione Confessoris, vt exculatur à communionis  
præcepto, vel non? Si indiget Confessoris prorogatione, Ergo  
signum est illa non stante obligatum esse: si vero illa non  
indiget, ergo iam *cap. omnis cuiusque sexus*, non æqualiter de  
præcepto confessionis, & communionis loquitur: quod vide-  
tur falsum, cum verba vniuersalia sint, neque ex parte fide-  
lium ad hanc obligationem amplius expostulat, quam discretio-  
nem. Adde non minorem discretionem requiri ad reci-  
piendam absolutionem sacramentalem, quam ad recipiendam  
reuerenter Eucharistiam: nam ad recipiendam absolutionem  
sacramentalem, non solum requiritur, quod scias distinguere  
inter bonum, & malum; sed vt scias te debere omnia peccata  
cum intimo dolore Confessori manifestare: at hoc non minus  
difficile est, quam scire te non debere communicare, nisi pur-  
gatum peccatis, & ieiunium. Ergo Denique in articulo mor-  
tis, pueris doli capaces, & ap' confiteri, posse dari viaticum,  
tenet Amilla verbo *communio*, num. 10. Caetan. verbo *mini-  
strat communione*, in *fine*, Viald. de *Eucharistia*, cap. 160. Sa-  
las de *legib.* lib. 14. sect. 13. num. 127. Reginald. 2. tom. *praxis*,  
lib. 19. num. 82. Henriquez lib. 8. cap. 42. n. 4. sine. Suarez tom.  
3. in 3. p. disp. 70. sect. 1. in *fin.* Arboled. *pract. sacram.* de *Eucha-  
ristia*, no. 13. Zambrá de *Eucharistia*, cap. 3. dub. 2. num. 1. anno  
de *Eucharistia* quast. 80. art. 9. difficult. 2. n. 3. argument.  
Nasr. *sum. cap.* 11. n. 57. Plures etiam Doctores tenent  
non solum posse dari, sed debere dari viaticum pueris moritu-  
ris doli capaces penitentibus. Ergo signum est habere discretionem  
ad Eucharistiam, & consequenter ligari præcepto illius etiam  
extra illum articulum.

8 Sed quid dicendum de censuris, & penis?  
Respondo, si ab homine latae sint, non adstringuntur pueri  
quouque ad pubertatem deveniant: habetur expresse *cap. 1. de  
delictis puerorum*, & in *cap. referens eod. tit.* vbi etiam pueri pos-  
sunt ante pubertatem peccare: at ex benignitate Ecclesie à pec-  
ca p'cto imposta exculantur, sic Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 40.  
quast. 8. Sotus 4. dist. 18. quast. 1. art. 3. ad *fin.* corp. Valquez tom.  
de *penitent.* quast. 90. art. 2. dub. 4. n. 5. Cordub. *summ. quast.*  
60. dicto 4. Thom. Sanch. lib. 1. in *Decal.* c. 12. n. 7. Ioan. Sanch.  
disp. 26. sect. 1. n. 18. & alij ab eisdem relati.  
Dixi, excusari pueros ante pubertatem à penis, & censuris  
ab homine latis: nam à censura iuris communiter Doctores  
tradunt non excusari, si doli capaces sunt: mouentur ex *cap.  
super eo cap. pueris, cap. quamuis*, de *sentent. excomm.* &  
tradit Vgol. de *censur.* cap. 17. §. 3. n. 5. Suarez tom. 5. de *cen-  
suris* disp. 5. sect. 1. n. 19. Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 41. quast. 10.  
Henriquez lib. 8. de *Eucharistia*, cap. 42. *comm.* 8. Thom. Sanch.  
num. 8. & Ioan. Sanchez num. 18. Et rationem differentiam,  
quæ censura iuris comprehendat pueros doli capaces; scilicet  
verò ab homine lata, assignat Suarez, & Vgol. *supra*, quia im-  
puberis ætas non censetur apta ad ordinem iudicium intelli-  
gendum: ac proinde neque de iure citari impubes potest, neque  
ad agendum, vel defendendum se in iudicio admitti; iuxta  
*cap. vlt. de iudic.* in 6. quod ad incurrendam censuram ab ho-  
mine lata necessarium est. Verum hæc solutio probatur non in-  
curre censuram specialiter ab homine latam, quæque indiget  
citatione speciali: at non probatur in censura, quæ generaliter  
ab homine fertur, quæque videtur conformis cenzuræ à iure  
latae.

9 Quocirca dicendum existimo solum sententiam ex-  
communicationis ipso iure latam ob perculsionem clerici pro-  
pter eius grauitatem contrahi à pueris doli capaces ante pu-

bertatem, quia in supradictis textibus ita habetur: alia autem  
censura, & excommunicationes ab homine latae etiam gene-  
raliter non comprehendunt pueros ante pubertatem; sed se-  
quenda est communis decisio in *cap. 1. de delictis puerorum*,  
quia odia debent restringi. Quare omittentes confessionem; &  
communione, non contrahunt excommunicationem ab Epit-  
copo latam aduersus non communicantes in P'schate, & con-  
fiteutes in anno, ita Ioan. Sanchez num. 18. Filiucius tom. 1.  
tract. 11. cap. 5. num. 130. & puerum impuberem occidentem  
non contrahere irregularitatem, testatur Auila de *censur.* 7. p.  
disp. 6. sect. 1. dub. 13. Henriquez de *irregul.* cap. 3. num. 4.  
lit. Z. Ioan. Sanch. *supra*, quamvis contra tenet Thom. San-  
chez cum Syluest. lib. 1. cap. 12. num. 8. in *fin.* Neque hinc sit  
posito interdicto in aliquo loco non comprehendi pueros im-  
puberes doli capaces, comprehenduntur namque ratione præ-  
cepti in interdicto latis, non in aliqua pena ipsis imposta ob  
alicuius præcepti transgressionem, & ita eum communi sen-  
tentia docet Suarez tom. 5. de *censur.* disp. 5. sect. 1. n. 19. Cor-  
duba *summ. quast.* 60. dicto 3. Syluest. *verb. interdictum* 2.  
n. 18. Azor. tom. 1. lib. 7. cap. 41. quast. 10. Thomas Sanchez  
lib. 1. in *Decal.* cap. 12. num. 8.

10 Tandem inquires, an liceat tibi in omnibus excusari  
à præcepto cooperari in actione per præceptum prohibita; v.  
g. an liceat tibi, pueris, infidelibus, ebriis, amentibus, ig-  
norantibus, subministrare die ieiunij carnes, aliòque cibos  
veritos?

Distinguendum est dupliciter aliquos excusari posse à præ-  
cepto. Primum tanquam non comprehensos sub illo secundo  
tanquam comprehensos. Priori modo excusantur infideles à  
legibus Ecclesiasticis, & infirmi à præcepto ieiunij, & pueri  
ante vltim rationis ab omnibus legibus saltem postiuis. Se-  
cundo modo excusantur ebrii, ignorantibus, & dormientes, &  
ameantes: hi enim sub præcepto comprehenduntur: at ratione  
ebrietatis, ignorantiae, dormitionis, & amentiae transgressio præ-  
cepti illis non imputatur: qui motus excusationis non est pro-  
pria excusatio à præcepto, sed à transgressione culpabili illius:  
quapropter dicuntur transgredi præceptum sibi impostum, etsi  
illis non imputetur transgressio. Quocirca ergo aliqui  
excusantur à præcepto primo modo, scilicet, quia sub præcepto  
non comprehenduntur, bene poteris illis in actione prohibita  
per præceptum ministrare, quia non ministras in actione, que  
eis sit aliquo modo prohibita, sed in actione honesta, & de se  
bona: ac proinde neque formaliter, neque materialiter illa actio  
mala est, non ergo habet vnde malitiam accipiat. At si solum  
à transgressione, & non à præcepto excusantur, nullo modo  
poteris illos ad talem actionem mouere, quia moueres ad rem  
materialiter malam, & de se prohibitam sic colligitur ex Th.  
Sanch. lib. 1. in *Decal.* cap. 12. præcipue à n. 9. Bonac. disp. 1. de  
*legib.* q. 1. p. 6. à p. 2. & seq.

11 Ex his infertur primo, licere tibi subministrare cibos  
veritos die Veneris, carentibus rationis vltim, infide-  
libus, pueris, infirmis, amentibus, quia nec ipsi comedendo  
peccant etiam materialiter, neque tibi specialiter talis  
subministratio interdicta est, sic Sanchez, & Bonacina  
*supra*.

Notanter appofui, talem subministracionem tibi interd-  
ctam non esse, quia potest contingere actionem aliquam, pro-  
vt ab aliis sit, interdictam non esse, tibi verò esse interdictam,  
interdictum enim non est infidelibus iure Ecclesiastico ingre-  
di in monialium monasteria, quia nullis Ecclesiasticis legibus  
tenentur: at si tu illos ibi introduceres, peccares sanè, quia non  
solum ingressus, sed & cooperatio ad ingressum est tibi spe-  
cialiter interdicta, vt constat ex allegatis à Sanchez lib. 6. in  
*Decal.* cap. 16. sicuti pueri ante vltim rationis capaces non  
sunt vltim legis Ecclesie: at si in ea ætate decedant, sepeliri  
non possunt in loco interdicto, quia hæc prohibitio non tam  
iplos, quam sepelientes respicit. Suarez de *censur.* 5. tom. disp.  
35. sect. 1. num. 2. Henric. lib. 13. cap. 42. n. 3. Sanchez cap. 1.  
lib. 1. num. 21. Bonacina num. 7. Salas disp. 14. de *legib.* sect. 13.  
num. 126.

12 Infero secundo, non licere tibi ignorantibus esse  
diem ieiunij, neque ebriis cibos veritos ministrare, & co-  
medendos consolare, quia absolute tenentur lege ieiunij, &  
ab illius transgressione excusantur. Item coopereris ad  
de se malum, licet tamen tibi illos cibos subministrare  
amentibus: non quia carent ratione, sed quia amentia infir-  
mitas est excusans à iustitio, ita Sanchez num. 16. Bonacina  
num. 5.

13 Infero tertio, licere tibi pueros non habentes vltim  
rationis, quales sunt non septemnes regulariter, intrmittere  
in monasteria monialium, & feminas similiter non septem-  
nes in vitorum monasteria, quia neque ipsi ingredienti pec-  
cant, neque vltim iure videtur prohibita hæc intrmissio, cum  
ex illa non sequantur inconuenientia, que sequuntur, si ame-  
tes, vel infideles puberes introduceres: sic docet plures allegans  
Sanchez lib. 6. in *Decalog.* cap. 16. n. 5. Bonacina num. 6. Salas  
disp. 14. sect. 13. num. 126. Barbola *remiss.* Concil. sess. 25. cap. 1.  
de *reform.* & alij.





14 Infero quod, non licere tibi pellicere ad copulam ebrios & perpetuo amentes, neque pueros carentes rationis vbi, quia illa actio est de se omnibus illis prohibita, esto ob defectum rationis, & discursus, culpae illis non imputetur. Qui vero dicentur pueros non septennes nullis legibus etiam naturalibus teneri? consequenter debent affirmare, consuetudo horum congressum non esse de se malum, sicuti non est malum belluas coniungere. Quapropter nos diximus, etiam ad legum transgressionem, & peccato excusatur, dum rationis usum non habent, non tamen eximi à legibus, sed leges naturales cum ipsis, ut ipse rationis capaxibus, loqui.

§. III.

De peregrinis, & forensibus an teneantur legibus loci, qua transeunt.

- 1 Forensis accedens animo ibi perpetuo manendi, legibus illius loci tenetur statim.
- 2 Idem iuris est, si maiori anni parte intendas ibi commorari.
- 3 Legibus statutibus solemnitate in contractibus teneris.
- 4 Ab hac doctrina excipitur à Sanchez, & alii contractus dotales, sed non probatur eius exceptio.
- 5 Explicatur supradicta doctrina, & declaratur, ubi quis est conveniendus.
- 6 Teneris legibus loci, qua transeis, si eadem reges in tuo territorio.
- 7 Idem iuris est de legibus bonum speciale civitatis respicientibus.
- 8 Idem de legibus iuris communis, tamen si in tuo territorio vigorem non habeant ex consuetudine recepta.
- 9 Proponitur obiectio, & solvitur.
- 10 Qui censens, & quomodo probetur extra supradictos casus, legibus loci, qua transeis, te debentur esse.
- 11 Probabilis existimo te obligari.
- 12 Limitant aliqui nostram sententiam, ut procedat de transitu cum aliqua perseverantia, sed repellitur.
- 13 Intelligenda est obligatio peregrinorum, tam quoad culpam quam quoad poenam.
- 14 Precedit resolutio, tamen si lex pro solis advenia lata esset.
- 15 Idem iuris est de sententia, & precepto, ac de statuto, & lege.
- 16 Delinquens in suo oppido si alio accedat, non potest à iudice illius loci puniri, quicquid dicat Basil. de Leon.
- 17 Satisfit argum. num. 10. allatis.

**I**N hac re sunt aliqua, in quibus Doctores communiter conveniunt, alia in quibus est dissensio.

Primo conveniunt omnes forenses accedentes alicui loco animo ibi manendi in perpetuum, teneri statim legibus illius loci, quia tunc non est forensis, & peregrinus, sed incolae, ut pote, qui acquisivit domicilium, ratione cuius quis habetis est, ut tradit Farinacius 1. part. prax. quæst. 7. n. 1. & ita tenet plures referens Sanchez lib. 3. de marr. disp. 18. num. 9. & lib. 1. in Decalog. cap. 12. num. 42. Suarez tom. 1. de relig. lib. 2. cap. 14. n. 15. Salas disp. 14. sect. 4. in princip. Lessius lib. 4. de iustit. cap. 2. dub. 7. num. 4. & alij referendi. Domicilium acquiritur eo ipso, quo quis incipit habitare aliquem locum animo ibi perpetuo manendi domicilium, ff. ad municipalem, & tradit glossa, & Sanchez plures referens lib. 3. de marrim. disp. 23. num. 2. Neque requiritur decennij habitatio, nisi ad presumentum animam perpetuum: ut bene Sanchez numer. 1. & 2. Semel autem domicilio constituto non deperditur; nisi & habitatio, & animus ibi perpetuo manendi mutentur, quia cum utrumque, & habitatio, & animus ad domicilium constituendum concurrerunt, utrumque est necessarium ad illud amittendum: quia res per quascumque causas nascitur, per eas dissolvitur, cap. 1. de regulis iuris: ita relati Doctores. Neque audiendus est Ioan. Sanchez disp. 14. in select. num. 35. dicens, non acquiri domicilium, quousque maiori anni parte perseveret quis in volutare illo in loco perpetuo manendi, quia gratis, & sine authoritate asseritur.

Secundo conveniunt communiter Doctores, si intendas maiori anni parte in aliquo loco commorari, sicuti solent scholastici in universitate studentes, solicetatores in curia locantes operas ad longum tempus, teneris legibus illius, quia esto domicilium non fueris consecutus; consequenter tamen quasi domicilium: hoc enim dicitur assidua, & diuturna habitatio, ratione cuius potes conveniri, iuxta l. 1. in princip. ibi, & assidue versatur, Cod. ubi tenentores, vel alij clarissimi, & l. heres absenti, §. proinde, in fine, ff. de iudicis, & l. 1. Cod. ubi de crimine agi oportet, & ibi glossa verbo elegit, & tradit Titaequillus de retract. l. vna, §. 9. glossa. 2. num. 26. Farinac. supra n. 5. Thomas Sanchez lib. 3. cap. 23. num. 12. Item ratione quasi huius domicilij potes ibi recipere omnia sacramenta pater ordinem, ordo enim excipitur, cap. cum nullus, de rem.

ordin. in 6. Item ibi est sepeliendus, nisi alibi eligas sepulchrum. Molin. de iust. tract. 2. disp. 214. vers. quando quis. Ergo absolute censeri subditus, & legibus illius loci obligatus: docet plures referens Sanchez lib. 3. de marrim. disp. 18. num. 9. Lessius lib. 4. de iustit. cap. 2. dub. 7. num. 47. Bonacia disp. 1. de legibus quæst. 1. p. 6. num. 43. Basilius de Leon. lib. 3. de marr. cap. 7. §. 1. num. 4. quamvis non desint plures Doctores relati à Sanchez lib. 2. de marrim. disp. 18. num. 8. dicentes requiri animum perpetuo manendi, ut legibus, & consuetudinibus illius loci subdatis. Sed non videtur villo modo admitendum.

3 Tercio conveniunt Doctores teneri in contractibus servate conditiones, & solemnitates à legibus illius loci, in quo contrahis, constitutas: quia ratione contractus foritris forum, ibique ad standum, contractui poteris conveniri, ex cap. dilecti, cap. fin. de foro compet. l. quod si nolit, §. quia assidua, ff. de adilit. l. si heres absens, §. si quis tutelae ff. de iudic. & in nostro iure, l. 32. tit. 2. p. 3. docet plures referens Sanchez n. 10. & seq. Molina tract. 2. de iust. disp. 260. in fine. Basilius num. 21. Bonacia num. 51. Salas innotetos referens disp. 14. sect. 4. n. 52. Quare si in contractu non fuerit solemnitas à lege locali prescripta, omnino est irritus, & nullus: ut tenet Felin. cap. 1. de sponsalib. num. 23. Bonacia, Salas, & alij supra. Hinc fit te teneri pretium mercibus signatum servare quia lex de pretio est, quæ præcipue pertinet ad contractum. Item quia teneris acquiritur servare, quæ maxime in pretio procedit. Deinde teneris solvere gabellam, vel aliud quodecumque onus contractui annexum, quia est pars contractus, vel accessorium illius. Quæ omnia vera sunt, etiam si per epistolam, vel nuntium contractus celebratur, docet Felin. & Basilius supra.

4 Ab hac doctrina excipit Thomas Sanchez, Salas, Bonacia, Suarez de legib. cap. 33. num. 13. contractum dotalem, in quo dicitur non attendi solemnitates loci, in quo celebratur, sed loci, in quo vit habet domicilium, probantque ex leg. exigere ff. de iudic. ibi, mulier debet, ubi maritus domicilium habet, non ubi instrumentum dotale scriptum est. Verum hæc exceptio mihi non probatur, sed absolute exitimio contractum etiam dotalem, quoad iurum, & alia onera, & conditiones, fieri debere, iuxta leges loci, in quo celebratus est. Moveor, quia nullo iure videtur exceptio hic contractus: nam supradicta lex non loquitur de solemnitate in hoc contractu requisita, & conditionibus illius, sed de exactione, & repetitione illius, quod longe diversum est. Farcot, inquam, cum dos repetenda est, debere repeti, ubi vit domicilium habet, non ubi dotis contractus celebratus est, quia bona vit obligata sunt doti solvende: at contractus secundum leges loci, in quo celebratus est, iudicari debet: & ita in iure nostri regni videtur decisum, lib. 2. tit. 1. §. 4. ibi, eala costumbre de aquella tierra desque se casamiento, debe valer quanto en las dotes, en las arruças, & ganancias, que se fieren, en lo de aquel lugar, de se cambian, & ita tenet, & optime probat Salas disp. 16. de leg. sect. 4. num. 46. cum sequitur. Lopez in supradicta. l. Simancas de catholica, in sit. tit. 9. num. 143. Basilius de Leon. lib. 3. de marrim. cap. 7. n. 22.

5 Dixi, ad standum contractui te conveniri posse, ubi contractus celebratus est, quia foritris forum illius ex supradictis legibus: & lommens obligationem ff. de iudic. & tradit alios referens Salas num. 45. Excipi tamen debet nisi ex voluntate contrahentium, & natura contractus executio in alium locum designata sit: quod contingit cum incolae alicuius loci cum advena contrahit, quem scit statim discessurum, tunc enim non potest advena conveniri in loco, ubi contractus est celebratus, sed ubi habet domicilium, quia ibi intendit se solvendo obligare, ex l. contraxisse ff. de oblig. & act. ibi, contraxisse vult qui que eo loco intelligitur, in quo vit solueret, si obligavit, alias durum esset, quotquot locis quis navigans aut iter faciens delatus est, tot locis se defendere, ut dicitur in l. si heres absens. 19. §. proinde de iudic. Et hac ratione dicimus contractum dotalem repetendum esse in loco, ubi vit habet domicilium, quia ex natura talis contractus, & ex voluntate contrahentium ille locus solutorio designatus est. Aliquis huic doctrinæ limitationes adhibet Martienzo lib. 5. recopil. tit. 9. lib. 2. glossa. 1. de num. 71. que omnia videnda sunt, quia optime hanc materiam, & supradictam legem explicant.

6 Quatio conveniunt Doctores te teneri legibus loci, qua transeis, si illæ leges obligent simul, ubi ipse habes domicilium: sic Sanchez de marrim. lib. 3. disp. 18. num. 3. & 24. & lib. 4. in Decalog. cap. 12. num. 21. Salas disp. 14. sect. 4. num. 40. Suarez tom. 1. de relig. lib. 2. cap. 14. num. 15. Bonacia disp. 1. quæst. 1. p. 6. num. 52. & contrarium dicere reputant absurdum. Ratio, quia iure communi per consuetudinem introducto, lex propria tui domicilij, vel lex illius loci, ubi resides, te obligat, quod certe æquum esse videtur, cum ex hac obligatione non grauearis amplius, quam si in tuo proprio domicilio eritites. Quamvis contra teneat Ioan. Sanchez in select. disp. 14. num. 32. ad fin.

7 Quinto conveniunt DD. si leges laiz sunt in bonum illius loci, qua transeis, te obligatum esse illas servare: ut